

renascamur ex lacrimis; Itaque iuxta primi pasto-
ri uocē sicut modo gemitu infantes lac concu-
piscite. Redite paruuli filii ad sinū matris ur̄e
æternę sapiencię; Sugite larga ubera pieta-
tis di; Transacta plangite. Imminencia uitate.
Redēptor noster momentaneos fletus ur̄os.
æterno consolabitur gaudio. qui uiuit & re-
gnat d̄s in unitate sp̄s sc̄i per om̄a sęcula sęclorū.

I UENI POST PASCHA. IEC̄ S̄C̄I EUVANGEL. S̄C̄I IOH̄.

In illo tēpore. **C**ū esset sero die illa una sabbato-
rū. & fores essent clausę ubi erant discipuli pro-
pter metū iudeorū. **V**enit ih̄c & stetit in me-
dio & dicit eis. Pax uobis & reliqua. **IUE OMET.**

EIVSDĒ IEC̄V̄ BEATI AGVSVINI. EPI

Cū ergo esset sero die illa una sabbatorū & fo-
res essent clausę ubi erant discipuli congrega-
ti propter metū iudeorū. **V**enit **ih̄c** & stetit
in medio & dicit eis; Pax uobis; **E**t hoc cū dixisset.
ostendit eis manus & pedes; **C**lavi enī manus
fixerant. lancea latus aperuerat. ibi ad du-
bitantiū corda sananda uulnerū sunt serua-
ta uestigia. **M**ori autē corporis ubi diuinitas

erat ostia clausa non obstiterunt; **I**lle quippe
non eis apertus intrare potuit; quo nascente
uirginitas matris inuiolata permanisit; **G**audi-
si sunt ergo discipuli uiso dno; **D**ixit ergo eis
iterum; **P**ax uobis; **I**teratio confirmatio est.
Ipsa quippe dat per prophetam promissam pa-
cem super pacem; **S**icut misit me pater In-
quit & ego mitto uos; **A**equale patri filium
nouimus; sed hic uerba me **M**ediatoris ag-
noscimus; **M**edium quippe se ostendit dicen-
do; **I**lle me & ego uos; **H**oc cum dixisset In-
sufflauit & dixit; **A**ccipite spiritum sanctum; **I**nsuf-
flando significauit spiritum sanctum non patris soli-
us esse spiritum sed & suum; **Q**uorum remisistis
Inquit peccata remittuntur eis; **E**t quorum
retinueritis retenti sunt; **E**cce caritas
que per spiritum sanctum diffunditur; **I**n cordibus
nr̄is participum suorum peccata dimittit
eorum autem que non sunt eius participes te-
net; **I**deo postea quam dixit accipite spiritum
sanctum; **H**oc continuo de peccatorum remissione
ac detentione subiicit; **T**homas autem unus

ex duodeci qui dicitur didimus. non erat cum eis
 quando uenit ihu. **D**ixerunt ergo ei alii disci-
 puli; **V**idimus dnm. **I**lle aut dixit eis; **N**isi uide-
 ro in manibus eius fixuram clauorum. & mittam
 digitum meum in locum clauorum. & mittam manum
 meam in latus eius non credam. **E**t post dies octo.
 iterum discipuli eius erant intus. & thomas cum eis.

Venit **ihc** ianuis clausis. & stetit in medio & dixit.

Pax uobis. **D**emum dicit thome. **I**nfer digitum tuum
 huc & uide manus meas. & adfer manum tuam &
 mitte in latus meum. & noli esse incredulus sed fi-
 delis. **R**espondit thomas. & dixit ei. **D**ns meus.
 & ds meus. **V**idebat tangebatur que hominem. & con-
 fitebatur dm quem non uidebat neque tangebatur.

Sed propter hoc quod uidebat atque tangebatur. il-
 lud iam remota dubitatione credebat. **D**icit ei **ihc**.

Quia uidisti me credidisti. **N**on ait tetigisti me.
 sed uidisti me. **Q**um generalis quodammodo sensus
 est uisus. **N**am & per alios quattuor sensus nomi-
 nari solet. **V**elut cum dicimus. audi & uide quam
 bene sonet. olfac & uide quam bene oleat. **G**usta
 & uide quam bene sapiat. tange & uide quam bene
 taleat. **V**bique sonit uide. **C**um uisus proprie

non negetur ad oculos pertinere. Unde hic
ipse dñs. **I**fer inquit digitū tuum. & vide ma-
nus meas. **Q**uid aliud agit quā tange & uide.

Nec tamen oculos ille habebat indigito; Ergo
siue Inuendo. siue etiā tangendo. quia uidisti
me inquit credidisti; Quāuis dici possit ita non
ausū fuisse discipulū tangere. cū se offerret
ille tangendū. **N**on enī scriptū est. & teti-
git thomas. sed uidit; **A**spiciendo tantū. siue
etiā tangendo uiderit & crediderit; **I**llud quod
sequitur. **M**agis genciū fidē predicat. atque cō-
mendat. **B**eati qui non uiderunt. & crediderūt.

Preteriti tēporis usus est uerbis. tāquā ille qui
quod erat futurū. In sua nouerat predestina-
tione iā factū; **S**ed iam sermo iste prolixita-
te cohibendus est. donabit dñs ut de his que res-
tant alias disputemus; **DOM̄. IN OCTABAS PAS-**

ICHE. **L**ECTIO SĒI EVVANGĒI SĒDM̄ IOHANNĒ
In illo. **T**homas unus ex duodecī qui dicitur di-
dimus. non erat cū eis quando uenit ih̄c. Dixe-
runt ergo alii discipuli. Vidimus dñm. & reliq̄.

ITĒ OMELIA EIVSDĒ LEC̄ BEATI GREGORII.
PAPE